



1667.

1. Helledorffius, Georgius Fredericus: Programma, quo  
fac. juridica Georgio Frederico de Helledorff honores  
juris utriusque detulit.
2. Boelernus, Jo. Henr.: Comitatus imperii sine electione  
successoris describente C. Cornelio Tacito / Histor.  
12 et seq.
3. Veringk, Bertramus Theodorus: De contractibus  
jure emphiteutico
4. Herbot, Joh. Christoph.: De judiciis censoriis  
vulgo die Ruyg. Gerichte.
5. Herpfer, Johann Daniel: De jure concedendi ve.  
riam aetatis.
6. Lemgart, Henricus: De antichresi
7. Moedel, Johannes Casparus: Analysis - Pall. C.  
ad S. C. Velley.



1667

8. Obrechtus, Uericus: De restitutione fidei commissorum  
et imputatione praedicatorum in quartum Trebellianicam  
et Titia testamento 86 8. ad legem Fulci-  
dianam
9. Raumburger, Antonius: De poena confinementis  
sive carceris domestici
10. Rebhan, Johannes: Contra verriarum juridicorum  
Museum heptas.
11. <sup>ant</sup> Rebhanus, Johannes: De jure exactionis quarterum
12. Rebhan, Johan: De necessaria defensione
13. Rebhanus, Johannes: De collatione bonorum.
14. Reichard, Johannes Philippus: De incendiis
15. Reichhelm, Christian Fridrich: De fide reciproca  
conjugali domini cum vasallo et protectoris cum  
cliente.
16. Rierr, Gregorius: De legitima



1669

~~1669~~

17. Schenbler, Johannes Paulus: De absentia
18. Simon, Johannes Henricus: De natu
19. Stocken, Gerhardus, vna: De legatis
20. Stocken, Richardus von: De servitutibus rerum.
21. Stoererus, Gualtfridus: Inueas specierum facti.
22. Stoererus, Gualtfridus: De jure civitatis
23. Straus, Conradus: De praescriptione delictorum
24. Uffenbachius, Joh. Christophorus: De auctoritate  
ad l. entat. 13 ff. quod mel. caus. ejusq. parallelam  
l. creditores 7 ff. ad l. tal. de vi priv.
25. Wibel, Johannes Fridericus: Forum competentis e cont-  
nencia causae
26. Wildt, Fridericus Jacobus: De nummis bibalibus.



1  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16


*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*






















*Pr. 59. n. 40.*

C. B. D.

*1667. 8.*

DISSERTATIO *J*NAUGVRALIS  
DE

RESTITVTIONE  
FIDEICOMMISSORVM ET  
IMPVTATIONE PRÆLEGATORVM IN  
QVARTAM TREBELLIANICAM

*P. 295*

AD  
L. TITIA TESTAMENTO. LXXXVI. D. AD LEGEM  
FALCIDIAM.

QVAM

SVB AVSPICIO DIVINO  
EX DECRETO

MAGNIFICI ET AMPLISSIMI ICTORVM  
ORDINIS IN ILLVSTRI VNIVERSITATE  
ARGENTORATENSIVM

PRO

SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS ET PRIVI-  
LEGIIS DOCTORALIBVS RITE CONSEQVENDIS  
AD EXAMEN SOLENNE EXHIBVIT

VLRICVS OBRECHTVS, ARGENT.

*A. D. 30 Decemb.*



ARGENTORATI

Exprimebat JOHANNES WILHELMUS TIDEMAN

ANNO M. DC. LXVII.



*3 1/2*






EXTRACTO IN HONORABILISSIMO  
DE  
RESTITUTIONE  
HIDERICOMMISSORIAM ET  
PROMOTIONE PRÆLATORUM IN  
GALLIÆ TRIBUNALIAM  
AD  
HIS TERRITORY ECCLESIA AD REGEM  
FACEDIAM  
QUAM  
HABERENTIS DIGNO  
ET  
MAGNIFICENTIA AMPLISSIMA  
ORDINE IN HUIUSMODI  
ORGANIZATA  
P. O.  
IN HUIUSMODI ET  
D. O. S. T. M. D. C. C. L. X. V. I. I.  
P. O. S. T. M. D. C. C. L. X. V. I. I.  
P. O. S. T. M. D. C. C. L. X. V. I. I.  
P. O. S. T. M. D. C. C. L. X. V. I. I.







JLLVSTRI COLLEGIO  
**SCHENCBECHERIANO:**

**N**ihil hic mihi vel temeritate, vel per impudentiam peccatum est, PATRONI ET MÆCENATES MAGNI, dum publico Vos huic alloquio virtutis Vestræ splendor, nimiam in mea studia beneuolentiæ manifestus, objecit. Sub illius enim præsidio

A

2

non



non ab inuidia, quam aduersus proprii pudoris verecundiam tutior; prolixius etiam Vobis excusare muneris adeo tenuis exilitatem pertimui. quòd illud quidem, nihil aliud, quam simplicis obseruantiae interpretem professum, & quoniam ab homine pompæ & ostentationis valde incurioso proficiscitur, nullius sibi ornatus conscium, satis habiturum sit, sola Vobis deuoti & memoris obsequii sinceritate commendari: me vero multo minus oportuerit, alio cultu, quam Themidi, Deæ simplicitatis maxime amanti, Vestro fauori & gratiæ litasse. Valete! Scribeb. Argentor. XX. Decembr. cl̄o l̄oc LXVII.

*Illustribus Vestris meritis  
submissee addictus*

VLRICVS OBRECHTVS.





C. B. D.

## DISSSERTATIO.

AD

L. TITIA TESTAMENTO. 86. D.

AD LEGEM FALCIDIAM.

L. LXXXVI. IULIANVS Lib. XL. ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ LIB. XLI. Tit. I.  
Digestor. L. LXXXVI.

**T**itia testamento suo Titium fratrem suum ex parte tertia heredem instituit; fideique ejus commisit, ut hereditatem, retenta quarta parte, Secunda & Procula restituat. Eadem in fratri quadam praedia prelegavit. Quaero, an Titius ea, quae prelegata sunt, etiam pro ea parte hereditatis, quam rogatus est restituere, an integra retinere debeat? Respondi, Titi-

**Ε**νησάμενθ τὸν ἀδελφόν με εἰς τετραγώνιον, ἠξίωσα αὐτὸν μίαν ἑγκλίαν παρακατέχοντα, τὴν κληρονομίαν ἄλλοις ἀποκαταστήσαι. ἑληγάτευσα δὲ αὐτῶ καὶ κτήματα. Εἰς ὁλόκληρον τὰ κτήματα παρακατέχει, λογιζόμενθ τὸ δωδέκαλον αὐτῶν εἰς φαλκίδιον. Ἐι μὲν τοι μὴ ἐπίγαγον αὐτὸν τὴν ἑγκλίαν παρακατῆσαι, τὸ τρίτον τῶν κλημάτων εἰς φαλκίδιον λογίζεται. ἐπειδὰ παρὰ γνώμην με ὁ φαλκιδίθ εἰσάγεται.

um legata integra retinere debere, sed in partem quartam imputari oportere duodecimam partem praediorum. Sed si non esset adjectum, ut pars quarta deduceretur, totum trientem praediorum legi Falcidia imputari oportere; quoniam contra sententiam matris familiae Lex Falcidia induceretur.

A

3

Conspe-



# Conspectus huius Dissertationis.

- |   |  |
|---|--|
| <p>I. Occasio nostræ scriptionis, &amp; instituti ratio.</p> <p>II. Legis propositæ Author. sedes. (Edicti perpetui Digesta) Necessitas. usus.</p> <p>III. Paraphrasis, sensum legis summam exhibens; &amp; ad promptiorem ejus intelligentiam accomodata assis hæreditarii distributio.</p> <p>IV. Partitio totius controuersiæ in duo membra.</p> <p>V. Analogia juris, vtriusque defini-</p> | <p>VI. De priore disputationis membro. Rationes, quibus illud olim &amp; hodie ab vtraque parte dubium fuisse, vel à Iuliano decisum esse videri possit: ex aliorum hypothesi: ex nostra.</p> <p>VII. De secundo eodem modo.</p> <p>VIII. Authores, qui legem isthac variis in locis, suis curis illustrant, per indicem consignati.</p> |
|---|--|

I. **A**D penitiorum legis istius intellectum, nobis ex ratione studiorum occasio nata est, ut quædam intra Dissertationis Academicæ modum in publico proponeremus. non animo satisfaciendi materiæ; quod exquisitoris res & opus commentationis foret: sed institutis & mori per Vniuersitatum plerasque solenni: ad cuius leges Jurisprudentiæ qualescunque nostros in ejus arte profectus inaugurare sumus auspicati. nec in viribus nostris, sed vel veniæ fiducia, pro iis, quæ excusanda nobis exciderunt; vel gratiæ publicæ, si quæ hinc alia excitata forte aliunde industria, solidum quandoque lumen argumento, quod tractamus, affulserit.

Nobis enim nec fas opinor, nec ratio fuerit, ut in re arbitrationis varie intricatæ, & dum summorum quorumque Jctorum judicia diuersè trahit, non ta-

men



men in hunc diem ad liquidum vsquequaque perdu-  
cta, plus aliquid in hujus scriptionis principio, quam  
solicite meditationis curam præstemus. Cui ne ali-  
unde vitium fiat, antequam destinata componamus,  
quædam visum est ab historia legis nostræ, genioque  
simplici, & ex assis hæreditarii distributione, instru-  
menta meditandi præmittere; quibus argumenti pro-  
positi dignitas in majorem euidenciam, vel sensus, qui  
Legislatoris intentioni quam proxime conuenire vide-  
atur, ab obscuritate vindicetur.

Authorem ejus *M. Saluium Iulianum*, *sublimis au-  
thoritatis & judicij ICTum*, non tam sanguis in Impera-  
torem denique *Didium Iulianum* demissus: quam qui-  
bus & prosapiæ suæ, & Cæsareo per pronepotem culmi-  
ni non parum dignitatis & ornamenti contulit, litera-  
rum & Jurisprudentiæ studia, in vltimum vitæ momen-  
tum gloriose producta, ab Imperatoris Adriani auo ad  
posteritatis memoriam, & nostra vsque tempora cele-  
brauere. Judicium hujus viri in abstrusa solers, subtile  
in reconditis, & eloquentiæ facultas in diffusis expedi-  
ta; vt aliquando per præclara tam proluxæ sapientiæ  
specimina Justinianæ Jurisprudentiæ libris exquisita  
Edicti Perpetui structura, & artificio admirandi operis  
exemplum, vel inter prima eruditionis antiquæ mo-  
numenta, pretium faceret: vigilante atque propitia  
pro Juris arte Prouidentia, illis potissimum tempori-  
bus explicata est; quibus mouere iterum lacertos cœ-  
pit Justitia, locoque quo temporum injuria pulsa fue-  
rat restitui. cum Sacerdotes ejus, Consiliis moderandis,  
& in amicitiam Principum adhibiti, per eminentissi-  
ma quæque munerum publicorum fastigia, Reip. deco-  
ra promouerent.

Non

II.

l. penult. C.  
de Cond. in-  
deb.Spartian. in  
Iuliano c. 1.  
ibique Ca-  
saub.l. 20. ff. de fi-  
deic. lib.l. 2 §. 18. C. de  
V. l. E. l. 5.  
C. de bon.  
quæ lib.Spart. in A-  
drian c. 18.  
Add. Casaub.  
& Salmaf. ibi  
notata.



Non est enim, ut reliqua sapientiæ studia, sola fauoris augusti gratia contenta; sed ut efficaciter egregio publico salutare robur approbare queat, contractam ex interiore Auspicii Imperatorii commercio, maiestatem, per omnia singulorum actuum momenta, præsentem ubique circumferre amat juris administrandi tradendique prudentia.

Cujus in vniuersum conditionem contextumque ingenio complecti, sicut eximium prorsus habetur & factu arduum: ita perspicaces oculos in immensam casuum humanorum varietatem, & quæ sæpius etiam aciem intentionis eludit, circumstantiarum inclinationem immergere: nec præsentem tantum actionum & rerum indolem geniumque sagacitate venari, eique illasam iusti rectique normam accommodare; sed ad futura quoque prouisu pertingere; aut sapienter prouisa, ordinate, & ad promptiores usus componere; sublimi semper sollicitudine, nec felici minus successu conati sunt antiquorum illi seculorum prudentes, quibus *fundare legibus Remp. & emendare judicijs*, inter potissimas & demandatas à summa potestate curas constitutum fuit.

Ascon. Pæ.  
dian in orat.  
Ciceron. pro  
Cornel.

Cœptum ingens molimine, & pro ciuili consociatione salutare semper: Juliani præsertim ætate Herculem aliquem anhelabat, qui exundanti Oceano limites figeret. Cum quicquid antea vel ambitione Prætorum, in jure innouando, vel priuatorum ad contentiones, & litigandi pruritu, & postquam hæc *Lege Cornelij Balbi Tribuni plebis*, intra perpetuam constantemque formulam, sed absque compositionis & ordinis cura, restricta recisaque essent; propter confusionem Juris prudentia labis occultæ contraxerat, id omne paula-



paulatim, quanquam reuirescente jam Imperii senectute, tranquillitatis tamen publicæ sæpe vel periculo luendum, vel expiandum impendio esset.

Quod me pene longius à propositi lege prouexisset, ut ejus consilii generositatem, quo à *Iuliano* nostro *Edictum perpetuum* in ordinatum corpus *digestum* est, boni ominis causa, vel aduersus seculi nostri querelas, suscepissem prolixius extollendam: quibus, quam ipso malo foedius, quoniam inulti passim obruimur. ex illo certe tempore, quo non tam ratio plerosque in questus, quam aliorum exemplum feroces fecit: & in varia exprobrandæ litium juxta huic æuo, & remediorum multitudini acumina, postquam semel fundus morbi detectus est, non adeo forte necessaria incendit. Cum satis aliunde causarum esset, ut quod ab indignatione spiritus feruidioris conciperetur, illud omnino, pro suarum quisque facultatum & muneris parte, in medicinam, atque adeo quietem Reipublicæ promouendam, conuerteret. Nam Augusta Culmina, quorum inprimis hic suffragatione & authoritate opus est, si casus tempusque ferret, quicquam à gloria maioribus suis, & Imperatorij solii maiestate digna, vel consiliorum promptitudine desciuisse: id vero suspicari profanæ, & in publico declamare, impudentis haud dubie pridem censeret Philosophiæ cœptum est.

Sed erit aliud quandoque tempus, cum animus ab occupationum & adolescentiæ caligine emissus, liberiore calamo, quæ seculo nondum prorsus bonorum exemplorum sterili, debentur vindiciæ, posteritatis conscientiæ, tam ab odio, quam obtrectationis vacuæ dedicabit.

Nunc enim exsequemur cœpta, quorum institu-

B

tum



tum non erit operosius arbitror illorum gratiæ commendandum, qui persuaderi sibi patientur; non fuisse futurum, vt Julianus, vir tam eminentis in Rep. dignationis, ingenium publicorum negotiorum actu in solidum acumen exercitum, argumento cuius, aut humili, aut præter necessitatem impenderet.

Plin. paneg.  
34, 1, 43, 1.

Nec minus enim, quam quod maximum pro civili consociatione operæ pretium ferre censendum est; abditos hominum sensus ad æquitatis & Justitiæ normam, publico iudicio & intelligentiæ subicere: quando in supremas voluntates, & nouissimum spiritum incaute, vel cum à magis anxiis & sollicitis emittuntur, intricatius plerumque desinunt. ad penetrandum semper ancipites, facilius etiam sagacissime curiosorum oculos & intellectum frustrari apti: cum, quod à Plinij temporibus Romanæ Reipublicæ gratulandum est, liberi afferti cœlo, pristinæ seruitutis indignitatem ipsa libertatis licentia vlciscerentur: & exinde suspensam ab ipsorum momentis juris constituti, vel constituendi formulam per infinitos ambages & circumstantias variarent.

Magni prope tumulum, & aduersus præteritæ tyrannidis memoriam, cuius vix dominationem fuerant elapsi, efficacissimi solatii rem, intra honesti publicique moris leges, liberam in morte mentem testari, & ad neminis præscriptum de facultatibus suis disponere, cum cupide Romani ciues essent amplexi, talis ex facto species contigit.

III,

Titia cum lxx. nummum in bonis haberet, quorum CL. prædia quædam implebant, in testamento ita scripserat: *Titius frater meus, Secunda & Procula mihi ex æquis partibus hæredes sunt. Te fratrem meum Titium*



## II.

*titium rogo; ut tuam hereditatis portionem, retenta quarta ejus parte, cohæredibus restituas. Tibi autem prædia mea prælego, quæ è media hereditate sumas habeasque præcipua.* Cum Testatrice mortua, cohæredibus ad inuicem nec de hæreditate restituenda, nec de quartæ partis detractio, propter contributionem in ea faciendam conueniret: lisque hinc inter eos orta, & ad Jctos ex more delata esset: Julianus in duo capita quæstionis propositæ statum partitus, respondit: Titium, secundum ea, quæ proponerentur, quoniam ex voluntate testatricis quartam portionis hæreditariæ partem detraheret, solius ejus quartæ partis commoda hæreditaria consequi, & onera sustinere: Reliqua vero, quæ ex hæreditate restitueret, quoad vniuersale jus, & commodi incommodique hæreditarii continentiam, in cohæredes transferre. sub quibus quoniam & prædiorum triens eadem ratione transfret, quicquid eorum, præter quartam trientis partem, quæ vniuersorum prædiorum vnciam vnam constituit, ad hæredem Titium reuerteretur, id à cohæredibus ad eum, & particulari propterea titulo, tanquam ad legatarium, redire: Ut adeo secundum voluntatem Titix, & jure certo, sola prædiorum duodecima, id est, trientis Titii quarta pars, hic loci quocunque nomine posset in disceptationem venire: Quam ideo non restitui debere, quod expresso Testatricis iudicio restitutioni exempta esset: Quoniam autem apud heredem fiduciarium, Titium, hæreditario jure mansisset, in quartam Falcidiam, quæ ex reliquo triente deducenda esset, imputari, jus fasque esse; & exinde nihil hoc quidem casu restitui ex præle-



gatis oportere. Sicut econtra, si Titia fratrem suum Titium totum trientem, vel yltra ejus dodrantem alteri restituere rogasset; quanquam ex alia ratione prælegata prædia extra restitutionem fideicommissariam essent; Attamen voluntatem testatricis, detractioni falcidiæ contrariam, totum prædiorum trientem oneribus hæreditariis & ita contributioni in quartam subjiceret.

Quædam in his, & hæreditatis potissimum distributione, arbitrariæ vel passim obuiæ computationis, & obseruationis esse, nemo non videt. Sicut præter Jurisconsulti verba, forte non præter mentem, cohæredes Titio Secundam & Proculam assignauimus, ne ex reliqua hæreditate, nullis hæredibus ascripta, nouæ difficultates prodire habiles essent. Assen vero hæreditarium ad talem summam produximus, quæ seorsim in hæredum institutionem, & partes, tum prælegatis & vtrorumque vncii congruenter siue responderet, siue sufficeret. Vt enim *Trientis Titii, qui ducentorum est, quarta pars æque ac totius hæreditatis duodecima, ad quinquaginta; ita prædiorum tam ex triente, qui quinquaginta complectitur, quarta pars, quam ex vniuersis prædijs vncia, ad duodecim recidet. Nam vt prælegata, ad centum quinquaginta, modum legis præfinitum extenderemus, certa nos jubere ratio potuit.*

l. r. pr. ff. ad  
L. falc.

IV

Et in his quidem, si quid dubii superest, melius illud publicæ disceptationi reseruabitur. Cætera vero disputationis controuersæ moles, ex quo prudentum cœpit sententias distrahere, in duobus potissimum membris capitibusque in hunc diem subsedit. Nec  
consta-



constabat enim inter plerosque: *Quid omnino heredis Titij fidei, ut Secunda & Procula restitueretur, commississe Testatrix debeat intelligi? Tum, quid ex ijs qua restituenta non forent, in Trebellianicam quartam oporteret imputari, & ita vel Titio, vel fideicommissarijs heredibus in hereditate dividenda proficere?*

Vtrumque variis interpretantium studiis ambiguum, celebrioris, quam certioris inquisitionis haberi meretur. Et, si explicationi eorum assurgimus, qui jus aliquod hinc singulare, neque cum reliqua legum analogia concordans eruere satagunt; præcipuo jam solidæ interpretationis instrumento excidimus, quod ex vsitato totius Jurisprudentiæ contextu, solum forte nodum isthunc feliciter extricatum dare debuisset, potuissetque. Sed enim nec singulare illud est, quod certæ, & expressæ, & aliundè ex juris communis regulis accitæ rationis fundamento nititur. & si cum maxime singulare illud omne esset, cui non per omnes circumstantias cætera legislationis Romanæ dispositio respondet: ad infimam paucitatem redigi necesse foret, quæ hucusque inter omnes juris communis nomine leges censi consueverunt. Intra cuius limites, exceptiones etiam ab vsitatis regulis contineri, non video cur idonee dubitari possit.

Ad quas nimirum respexisse videntur, qui, ut prioris membri difficultatem sanarent, rationem intellectus ex verborum & scriptionis ordine, contra quam regulariter fieri debebat, eliciendam dijudicandamque arbitrabantur. Et totam illi quidem rem paucis confectam dedissent; si ut sibi satisfecerant, sic aliorum quoque judiciis momenta suæ distinctionis approbare

V.

Bart. ad h. l.

l. 16. ff. de  
Legibus.arg. l. 1. §. 9.  
C. de V. I. E.

VI.

Bart. ad h. l.  
& Dd. com.  
refutati Cujac.  
ad h. l. Arumæo  
Disp. in ff.  
17. th. 14. Bachov.  
ad Treutl. Vol. II.  
disp. 14. th. 3, 1, B. & C.



§. 34. l. de  
Legat.

l. 77. §. 12. ff.  
de Legat. II.  
Ant. Fab. 6.  
Conj. 4. 10.  
ex l. 77 § 32.  
ff. de Legat.  
2. Add. arg.  
l. 28. ff. de  
adim. &  
transferend.  
legat. & alibi  
passim.  
l. 16. C. de  
Fideic.

Cujac. ad h.  
l. Arū. Disp.  
ad ff. 18. th. 14  
ex l. 3. §. 4. l.  
78. §. 13 ff. 2d  
SCt. Treb.

probare, in promptu ipsis fuisset; cum in fideicommissa cadere prælegata dicerent, si illa antecederent; non cadere, ubi sequerentur. Cujus rei pleraque sicut accuratius examen fortasse non adeo solide sustinent; ita in aduersariorum argumentis vix omnia probaueris: sæpe rationem contextus & cohærentiam consequentiæ desideres. Regula quidem est, cuius non oportet auctoritatem temere in dubium vocare: *Ordinem intellectus non esse ex ordine & positione verborum dimittendum*: sed quæ per idoneas limitationes facile, pro rei & negotii subjecti genio, se pateretur in adstrictiorem intellectum & ordinem redigi: si, quod ex aduerso intentabatur, probatum satis efficaciter fuisset: *non potuisse testatricem illud videri voluisse adimere, quod nondum dederat*. Certe quidem *ordo scripture causam juris & voluntatis non impedit*: Vbi de utroque nimirum satis aliunde constat; secus quando sit, illum voluntatis conjecturam, & per eam juris causam, haud raro in iis iuuare, ubi, sicut in scholis loqui mos est, *sublationem prioris positio posterioris infert*, nec improbabile adeo, nec nouum est. Sicut infirma prorsus esset consequentia, quæ verborum figuris vim interpretandi voluntatem testantium adimeret; quod in fideicommissis major habetur voluntatis quam verborum ratio.

Nec enim, vt ad hypotheseos modo propositæ rationes aliqua pro ingenii captu philosophemur, valde ei vel tollendæ, vel asserendæ faciunt: sed ad illustrandam generaliter thesin, quæ huic loco subjacet, pertinent; quæ *de portione simpliciter restitui rogata, & eo quod ex hereditate ad heredem fiduciarium peruenit, passim di-*

sim di-



sim disputari solent: cum Testatrix expressis iam ver-  
bis rogaverit *hereditatem* sive *hereditatis portionem* re-  
stitui; extra quarum utramque prælegata haberi certi  
& indubitati juris est.

l. 96. ff. de  
Legat. III.

Cum autem, ut ad institutum propius accedamus, *res quæ heredi ex medio hereditatis prælegantur, dupli-  
ci jure pro diversis partibus censerit necesse sit: altero, quo  
apud heredem in cuius portione jam per institutionem hæ-  
redis locum partemque sortita fuerant, hereditario jure  
remanent: altero, quo in heredem ex cohæredum parti-  
bus titulo legati conferuntur. & illa quidem omnia in fi-  
deicommissum cadant, hæc sola heredi integra illibataq;  
conferuntur.* Hinc demum inextricabilis nodi impli-  
cari nexus incipiunt; nec potest non dubium fieri:  
qua computationis ratione, Titius prædiorum præle-  
gatorum suum quoque trientem hereditarium, id  
est, eam partem quam restituere inter ceteram hære-  
ditatem Secundæ & Proculæ rogatus est; adeoque in  
qua ex distributione hereditatis, *quæ eadem totius & in  
partibus esse debet*, ei hereditarium jus constitutum fue-  
rat, integra retinere possit: ut juri tamen in contra-  
rium allegato, salva maneat auctoritas, & illibata in  
similes quandoque casus, firmas concludendi formu-  
las productura, efficacitas? Cui valde fallor, aut disse-  
cando Alexandri enssem adhibuisse, non sufficiebat, aut  
dixisse: *Jurisconsultum nihil vel rationibus contrarijs,  
vel legum auctoritate adversa commotum, existimasse &  
respondisse id, quod hætenus nostra disceptationi argu-  
mentum præbuit.* Nec enim difficulter aut parum spe-  
ciose regeri ab altera parte posset: Non esse temere  
probandum isthunc morem, qui sine ratione Jctorum  
scriptis

l. 1. § 6. ff.  
Quod lega-  
tor. l. 91. ff.  
ad L. Falc.

l. 18. § 3. ff.  
ad SCrum  
Trell.

§. 8. I. de Fid.  
hær. & ib.  
not.



scriptis rationem abjudicaret, & principia, si non alibi semper, hic certe loci nec ruinosi, nec occulte substructa. Dicitur illud, non probari; Titium in triente prædiorum, in quo quidem hæres fuerat institutus, sed qui ei rursus fideicommissio ademptus est, in hunc effectum pro hærede haberi, ut ei jus in illo ex propria persona fundetur, & non tanquam à cohæredibus illum accepisse, sed velut à semetipso, videri possit. Nec enim alia ratione, quam qua jus hæreditarium in eum per hæredis institutionem collatum esset: per fideicommissi onus, quoad solennes juris effectus, ad quartam usque rursus ablatum esse. Quod & in ratione contributionis in quartam, de qua mox erit agendum, in eunda, subtilissimo cuique approbatum, animadvertere obuium est.

Bachov. l. c.

Sed enim sicut hæredi fideicommissario sola voluntate Testatricis, ante aditionem hæreditatis, in hæreditate fideicommissaria, nullum efficax in tam sublimes effectus jus, vel subnasci potuit, vel constitui. Sic in aditione ipsa, temporis in hunc usum distingui momenta oportere: quin, *sicut res legata cum apud hæredem remanet, hæreditario jure in simili casu mansisse intelligitur*, ita per hæredis institutionem prædia relicta, & retenta esse, effectum, quem leges alibi signant, dici debeant: nondum vidi quibus fundamentis adstrui, vidi quibus facili negotio euerti queat.

l. 76 § 1. l. 93.  
ff. ad L. Falc.  
l. 58. ff. ad  
S. Cr. Treb.  
Faber. 6 Cōj.  
4. 15.  
l. 88. in fin. de  
hær. inst. §. 3.  
l. de Fid. her.  
Gouean. ad  
h. l. n. 3. & 4.  
Briffon.  
form. l. 7.  
p. 667.  
l. 91. ff. ad L.  
Falc.

Vnica itaque forte prælegatorum natura & genius rei expediendæ sufficiet: quorum formulæ utique eo pertinent, ut hæres legatum ex hæreditate *præcipuum habere* jubeatur. Sed enim leges, quæ de restituendo eo quod hæreditarium est, agunt, expressis verbis præceptiones & prælegata attingunt, & in nostra

lege



lege *praelegatum* cum *legato* promiscue *vsurpari*, aliis animaduersum est.

In tanto itaque sententiarum rationumque diuortio, cum nusquam satis firmiter liceat pedem figere; nobis, cum bona magnorum Virorum gratia, à quorum decretis, non sine ratione tamen recedimus; *Iuliano* solam & omnino, antiquam *Trebelliani Scti* formam, ejusque ad *Pegasianum* differentiam in oculis fuisse, integrum existimare fuerit: Cujus talis fuit prouisio; *ut heres, qui dodrantem vel dodrante minus; id est, qui vel hereditatem, vel portionem hereditariam, retenta quarta ejus, aut plus quarta parte, rogatus esset fideicommissario restituere, non ultra ratam, adeoque quartam partem, hereditarijs actionibus obligaretur, aut frui posset, quæ pro reliquo dodrante partibusq; fideicommissarijs, & in eos competere.* Est autem non aliud, haud dubie, nec alibi momentum, quod hereditarium à legatijure, i. e. vniuersale à particulari secernat: quam quod ab hac commodi & incommodi rerum illarum, quæ cujusque, cum moreretur, fuerant, continentia deriuatur.

Manifesta prorsus res, & ad nostræ legis speciem accommodatu quã facilis, tam pene superflua. An enim alia *Titia* voluntas fuit, cum fratrem ex triente institutum rogaret, *ut hereditatem, retenta quarta parte, Secunda & Procule restituere*; quam si rogasset, *ut restitueret hereditariae partis dodrantem*? Vt adeo ratio deesse non amplius possit; cur *praelegata* prædia *Titius* consequi jubeatur integra? quorum duo trientes, & dodrans tertii, tanquam in legatarium à cohæredibus essent ei conferendi; vncia vero reliqua quam vniuersali & hereditario jure, tamen propter

C

expres-

§. 6. I. de fideic. hered. & ibi Theophili paraphr. Vlpian. tit. de fideicommiss. §. si quis. Anton. Augustin. de LL, p. 217. 214.



expressam, & juris auctoritate roboratam testatricis voluntatem, apud eum remaneret.

VII.

Sequens locus est de his, *quæ in quartam Falcidiam seu Trebellianicam* (nam nulla est idonea satis ratio, quæ nos his terminis promiscue uti vetet) *imputanda fuerint?* Quem, sicut & quidam ex Digestorum Editoribus, solum sibi βασιλικῶν compilatores attendendum putauerunt. Quorum institutum, sicut ultra simplicem verborum interpretationem non pertingit: Ita is, qui Glossæ ad istum locum concinnandæ occupatus fuit, valde dubito, an vel mentem suam, vel rem quæ sub manibus erat, satis explicasse cuiquam possit videri: dum isthæc ita decisa esse arbitratur, uti decisa sunt; quod *jure stricto quoad unam illam unciam inutile esset legatum; & propterea fiduciarius hæres illam quartam trientis partem, hæreditario jure habere videretur: quæ exinde in quartam Falcidiam esset imputanda.* Τὸ κατ' ἀκριβείαν εἶπον, (pergit) ἐπειδὴ ἔγνωσ βιβ. κή. τίτ. ε. διγ. λέ. φυλάττωσ δια τῆ δικασῆ τὴν γνώμην τῆ διαθεμένε ρητὰ τὰ πράγματα τοῖς κληρονόμοις ἑάσαντο.

l. 116. §. 1. ff.  
de Legat. 1.  
conf. l. 17. §.  
ult. l. 37. §. II.  
cod. l. 31. §. 1.  
ff. de Leg. 2.

l. 52 ff. de  
Cond. & de-  
monstr.

Quanquam enim propter ea, quæ nobis superius dicta sunt, certum sit, *solum prædiorum duodecimam partem Titio velut à seipso legari*: Reuertitur tamen legatum illud, alias in se, & quoad jus particulare inutile, in jus hæreditarium, & formam pristinam quam antea jam obtinebat, ideo, quoniam id heredi à semetipso quidem, sed ex rebus hæreditariis, per consequentiam tantum, & tacite relictum est; & propterea in ejus præjudicium non prorsus debuit annihilari. Sicut in re non multum dispari, ad hanc rationem rescriptum est: *Expressa nocere, non expressa non nocere.* Nam si heredi à seipso vel expresse, vel ex suis rebus legatum sit, adeo id



id fieri inutile, vt nec in contributionem venire possit: alibi constitutum est. Non autem, *quia iudex contra strictum jus ultimas hominum voluntates ex officio suo & equitate tueri solet*, cum hæredem, qui ex re certa institutus, adeoque Legatarij loco habendus est, vniuersali titulo, & jure, hæreditatem patitur occupare. Quod vel tunc demum obtinet, cum cohæres alius nullus est; & exinde voluntas testatoris exitum alia via sortiri non potest. Vel si quando propter diuersitatem circumstantiarum inter plures cohæredes illud admittitur, ad actionum hæreditariarū diuisionem & communicationem principaliter spectat, & à nostro loco, ubi nemo vel ex re certa, vel secundum jus strictum inutiliter hæres nominatus est, diuersissimæ considerationis haberi debet.

Hinc itaque rursus illa potius principia huic disquisitioni substernenda erunt, quæ antecedenti capite dictis, robur & fundamentum præstiterunt. Sicut enim cum de prælegatis sub fideicommissis restituendis; ita cum de non restituendorum imputatione in quartam ex Pegasiano Scto detrahendam, agitur, duplex eorum jus attendendum est; *vniuersale*, quod in hærede, tanquam in hærede, per hæredis institutionem & hæreditatis aditionem fundatum est, & remansit; *Particulare*, quod tanquam in legatarium à cohæredibus ei collatum est. Quorum *alterum* non minus quam in Falcidiam alibi, hic quoque Trebellianicæ quartæ imputandum, *alterum* exigendum est. Quapropter & solū illud, quod propriæ hic deliberationis est, & in disquisitionem isthanc tantum perducitur, si quacunque ratione non sit restituendum, in quartæ contributionem venit. Qua quidem in sententia, si nihil aliud, illius ad minimum

l. 30. §. 8. ff.  
ad l. Falc.

l. 13. C. de  
Hæred. Inst.  
l. 1. §. 4. ff.  
de Hæred.  
Inst.

l. 35. pr. §. 1.  
& seqq. ff.  
de hæred. Inst.

l. 22. pr. ff. ad  
L. Falc. l. 47.  
ff. cod.

l. 91. ff. ad l.  
falcid. add.



l. 30. § 7. ff. *num legis eximie nobis fauere prouisionem arbitramur, quæ id extra quartam constituit, quod in prælegatis à cohæredibus accipitur.* Cur exinde vncia prædiorum, quæ quartæ Falcidiæ immediate in triente Titii subjacet, ei imputanda, vel reliquis dodrans eximendus sit, nemini amplius vel obscurum esse, vel dubium poterit, nisi cui supra nobis probata assertaque, penitus vel negliguntur, vel displicent.

cod l. 63. §.  
11. ff. ad SCt.  
Treb. l. 24.  
C. Fam. Er-  
cisc. Coll.  
Jur. Arg. L.  
35. Tit. 2. th.  
15. Bachou.  
2, 14, 3. Bet.  
C. Ant. Fab.  
6. Conj 4. II.

Quid? quod alias hærede Titio vnciam illam non imputante, hæreditas restituenda, non tantum contra voluntatem Testatricis, sed etiam ultra quantiatem legibus definitam diminueretur; cum certe ad fideicommissarios dodrans ejus non esset peruenturus.

Gouean, ad  
h. l. num. 9.  
Arumæus  
disp. ad ff.  
18. th. 14.

Vid. Gail. 2.  
Obf. Pract.  
134. 2.

Nec illud mirum cuiquam videri debet, quod iisdem principiis prælegata restituenda diximus, & imputanda: cum de ejus imputatione frustra quæretur, quod propterea, quoniam hæreditarium est, debet restitui. Nam tunc demum, quando alia juris vel circumstantiarum ratio restitutionem etiam illius, quod alias videretur hæreditarium esse, impedit, ad imputationis quæstionem deueniri vltro confitemur, vbi deniq; jus quod designauimus certum & in obuio positum est.

At cum ad contrariæ speciei casum, & decisionem plane diuersam descenditur, varie denuo ambigi potest; ob quam rationem consequentiæ, Titium totum prædiorum trientem oporteret quartæ imputare; si totam hæreditatem restituere iussus, contra Testatricis voluntatem, dodrantem tantum in fideicommissarios hæredes transferret? Restituat certe partis hæreditariæ, & inde prædiorum quoque dodrantem, vt in vtroque deinceps fideicommissarius, quanquam non hæres sit, hæredis tamē loco habeatur, & ex ejus persona jus vniuersale



uersale hæreditarium æstimetur. An istud efficere Testatrix voluntas, vel propitia detrahenti quartam, vel aduersa efficax est, vt vel vncia tantum prædiorum, vel totus triens fideicommissariis debeat proficere? Voluntas isthæc vltra quartam non extenditur: Nec eius hæc vis & effectus est, quod, principali nostræ legis casu, nihil aliud quartæ, quam vncia rerum prælegatarum imputatur. Sed quod isthæc vncia sola hæreditario iure penes Titium remansit.

Fab. 6. Conj.  
4, 10. & 14.

Finge tamen propter sententiam Titix contrariam, sicut cætera trientis hæreditarii ad Secundam & Proculam abscississent, ita hanc quoque non nisi particulari iure ad Titium esse reuersam. aut ex vsitatis hucusque principiis ne illa quidem: aut si præsumatur Testatrix voluisse, vt Titius prælegatis in vicem quartæ contentus esset; non triens duntaxat, sed quicquid est prædiorum prælegatorum, donec impleatur & compensetur Falcidia, in eam computandum erit.

Gail. 2. Obs.  
135. 3. & seq.

Nisi forte dica, non debere ad id, vt ab hæreditariis trientis oneribus liberetur, Titio in fideicommissio fidem prodesse, quam non impleuerit: adeoque iuste & velut in poenam præsumi totum trientem prædiorum hæreditario iure apud Titium substituisse, nec institutioni primæ quicquam, quoad incommoda hæreditaria, fideicommissio decedere fas jusque fuisse. quod incertioris indaginis, & coloratæ consequentiæ fore, nemo non videt.

Nec decuerit tamen accurate subtiliusque philosophaturū in eo subsistere, vt dicat hæc adeo diuersè non ob aliud obtinere, quā quoniam à Jcto ita responsum sit. cum nulli futurum sit verisimile, Julianum rationem absque consecutione propositurum fuisse, nedum vt illam exerto veluti digito indicaret.



§. 6. I. de fi-  
deic, Hæred.

Quæ frustra forte extra *Pegasiani Scti* pristinam con-  
stitutionem quæritur, quod, ad similes nostro facto spe-  
cies directum, *in eum*, qui contra testantis iudicium  
quartam detrahit, hereditatis ejus omnia commoda æque  
atque incommoda; & cum his heredis non nomen duntaxat,  
sed jus & juris effectum transfert.

l. 2. §. 6. C. de  
V, I, E.

Sed istud utique à Justiniano abrogatum est, & illa  
sui parte, qua superest in Trebellianum Sctum transfu-  
sum: An illud vero futurum esse, Julianus, cum tam  
longo ante tempore *Perpetui Edicti Digesta* compone-  
ret, per diuinationem forte potuit animo præsumere;  
ut quod inde demum ab æuo Vespasiani Imperatoris, in

§. 5. I. de Fid.  
Hær.

recenti fori obseruantia usque positum fuerat, Justi-  
niani quandoque ætate, vel spongiam passurum esset,  
vel in aliam formam aliudque nomen migraturum?

l. 1. §. 16. 17.  
20, 21. ff. ad  
Sct. Treb,  
§. 7. & 9. I. de  
Fid. Hær.

Quanquam nec incuria, vel absque ratione, Pandecta-  
rum Conditores in speciem admisere, quod nec tum in  
vniuersum prorsus occiderat, cum detracto, nihil  
aliud, quam titulo, sub generali nomine legis Falci-  
diæ, pristini juris auctoritatem in opere suo retinere.  
Quanquam si cum maxime uti nomen, ita tota res de-  
inceps fuisset explosa; illi tamen, qui Julianum, cum  
hæc commentaretur, ea in hac materia scribere vel  
respondere potuisse, arbitraretur, quæ conditis Juris  
Justiniani libris, respondenda scribendaque fuissent;  
valde vereor ut hujus argumenti quicquam aut ap-  
probari satis, aut explicari denique possit.

VIII.

Sed nobis quidem accuratioris interpretationis uti  
subsidia, ita propositum hucusque longe fuit, quod in  
illorum curis requirendum erit, quorum solennis ad  
hoc argumentum industria eminuit; Jurisconsulto-  
rum celebris eruditionis & nominis: Præter *Glossato-*  
*res,*



res, Bartoli ad nostrā L. Alph. ad Bart. Alciat. ad L. 91. ff. ad L. Falc. Duaren. c. 8. ad L. Falc. & Disp. Annivers. l. 2. c. 10. Cujac. In Iulian. ad h. l. & Obs. l. 7. c. 4. Gouean. ad h. l. Ant. Fab. 6. Conj. 4. & 5. Donell. ad l. 16. C. de Fideicom. Ferret. ad h. l. Fachin. 5. Contr. 16. Pac. eniant. 6. 50. Gail. obs. pract. II, 135. Coll. Jur. Arg. l. 35. Tit. 2. th. 15. Treutl. Vol. 2. Disp. 14. th. 3. Bachou. ad h. l. Arum. Disp. ad ff. 18. th. 14. & 15. Nostra enim Academicæ colloctionis institutis, tum temporis & ingenii angustia data sunt, & ab aliis eo nomine condonari merentur; quo & nos non laudē, quod ambitionis esset, sed, quod cuiusuis & hominis, & honestatis amantis est, atrociora judicia deprecamur.



Π Α Ρ Ε Ρ Ο Ν.

**C**Um in casu legis nostræ quæreretur ratio, quæ duodecimam prædiorum partem, imputationi Pegasianæ subjiceret: Respondit Goueanus; illam duntaxat partem imputari, sine qua hæreditatis quartam hæres non retineret. Sed quid ille sibi velit tam obscuris verbis, ego plane, inquit Anton. Faber, non intelligo. Nam & non imputata illa parte duodecima, nonne Titius quartam ex illa ipsa hæreditate, quæ restituitur, retinere posset, atque ita plus quam totius hæreditatis quar-



quartam haberet? Procul quidem semper  
 illius affectationis causas & studium habui,  
 qua magnorum Virorum laboribus, immatu-  
 ros adolescentia profectus, in quibus pro expe-  
 rientia, etatis & usus filia; nihil prater mode-  
 stiam & excelsorum nominum venerationem  
 memorandum esse oportuerat, nihil pensi mode-  
 ratiq; habet velut ex aduersum obtrudere: At-  
 tamen Goucanus, dū legibus congruenter loqui-  
 tur, vix poterit obscuritatis vilius vel accusari,  
 vel cuiquā suspectus fieri. Non enim, sicut Fal-  
 cidia Lex, ita Pegasianum quoq; Sctum heredi-  
 tatem vetuit ultra dodrantē Legatis exhaurire,  
 sed si esset exhausta, heredi quartā, non vero plus  
 quarta retinere permisit. Ad quod verba sua  
 Goucano fuisse accommodanda, & interpretā-  
 da alijs, mihi videor non sine ratione arbitrari.  
 At enim non est absurdum, plus quam quar-  
 tam hæredem retinere, cum & imputata illa  
 duodecima, præcipuum & supra quartam  
 habeat quadrantem, qui in prædijs prælegatis  
 hæreditario jure capitur, quique nec restitui-  
 tur, nec imputatur. Sed aut falsissime nos  
 alii-



*aliquae rationes nostras subduximus, aut haeres  
illum quadrantem non habet uniuersali jure,  
quod solum hic vel imputationem fundare, vel  
in uniuersum debuit attendi.*



Ad Clarissimum Virum,  
**VLRICVM OBRECHTVM,**

de summis honoribus,  
quos Themis Academica  
largitur,  
nobile certamen ineuntem.

**I**Nstaurare decus famamque & nomen Auorum,  
Prima est Nepotum nobilisque gloria,  
Ingenio res digna tuo est, OBRECHTE, vetustas  
*Obrechtii nouare palmas nominis.*  
Jam Themis hoc fatur; referet jam Phœbus Apollo;  
Nascentur hinc jam grata Musis carmina.

*Amico & Affini  
bene precabar*

*Jo. Henr. Bœclerus  
Collegij Philos h.t. Decanus.*

**H**Aeres auiti generis Obrechtus suo  
Quoque Marte dudum cœpit exsplendescere:  
Illustre specimen denuò nunc exhibet  
Inauguralis hacce dissertatio,  
Quæ singulares ingenii dotes notat.  
O quantus ille, qui sibi probè sapit

D

Inni-



*Innititurque sic sua sapientia  
Vt ne recedat à Patrum prudentiâ!*

Gratulationis ergò lubentis. f.

Gerardus von Stöcken

V. J. D. & Instit. Imperial.

P. P.

VLRICO OBRECHTO

Τ Ω Π Α Ν Τ.

**O**BRECHTE, Sacræ incomparabile Exemplum,  
Quam Musæ amant, & quam Themis, Juuentutis,  
Curanteuertis tot scientiis annos  
Ætatis, ingenique præcocis laude,  
Senilis & maturitate doctrinæ  
Rerum parentem temporisque Naturam  
In Te creando nos doces fefellisse?  
**COMMISSA FIDEI** nempe **RESTITVTVRVS**  
Patriæ, Deo, Parentibusque, Amicisque,  
Vsfuendo queis Tibi talentorum  
Ingentium penuque divitis lucra  
Felicior sorte comparuisti,  
Non curris, at stridentibus volas alis  
Ad culmen **ARTIS GLORIÆQVE** delubrum.  
**Quid IMPUTEMUS IN TREBELLIANÆAM,**  
Cum restituta sit bona fide massa  
Velocius, quam lex poposcerat, **QVARTAM?**  
Aut potius, ista conspicantis augmenta  
Germaniæ, sibi que gratulaturæ,  
Quænam Cathedra, quis Senatus, aut Aula,  
A lumine hoc mox fœnerabitur lumen?  
Quicquid sit, ipsi sæculi Antesignani,

Sed



Sed eruditi Sæculi, sed experti  
 Antiquitatis, & recentium, si quæ  
 Fluxere scripta puriore Permessò,  
 Astræa si quæ prisca tinxerit, mentis  
 OBRECHTIÆ vim, robur indolis celsæ,  
 Et transgredi gentilium capax nomen  
 Partos honores nominum tot ex annis,  
 (Non dico, amabunt, aut colent) adorabunt.

*Ita Nobilissimo Dn. Auctori de  
 complemento Studiorum, Patria & Sa-  
 culo de illustri pignore gratulatur*

JOH. CHRISTIANVS KECK,  
 Consiliarius Durlaco  
 Marchicus.

---

*Q*ui superauisti magnorum vota Parentum  
 Spemque Tuæ Patriæ qui superare potes,  
 Ne mea Vota petas, decus cui OBRECHTE, sed imple  
 Tu modo quæ tacito pectore vota foues,  
 Viuere sic poteris felix, aliosque beare;  
 Miscentur Votis sic mea vota Tuis!

*Ita Nobiliss. DNO. Candidato, Amico  
 & Fautori suo honoratissimo  
 vouet*

Justus Keck,  
 U. J. Ddus.



27.  
Sed eruditus, saculi, sed expertus  
In dignitate & reuerentia, si quis  
In gratia sua purior, formosus  
Athenaeque pulchra tinxerit, mentis  
ORRICHIA vim, copiam in huius cellis  
In uasculis geminum capax nomen  
Patos honores nominum tot exantia  
(Non dico, amabunt aut colent) adorabunt

In 2. Editione Dni Augusti de  
1717. in Bibliotheca Regia Parisiensi  
sub Regni Ludouici XV. Regis  
sub Regni Ludouici XV. Regis

JOH. CHRISTIANUS WICK,  
Conditor & Editor  
Marchicus.

Q. Si quis in huiusmodi  
Scribitur. In huiusmodi  
In huiusmodi huiusmodi  
In huiusmodi huiusmodi  
In huiusmodi huiusmodi  
In huiusmodi huiusmodi

In 2. Editione Dni Augusti de  
1717. in Bibliotheca Regia Parisiensi  
sub Regni Ludouici XV. Regis  
sub Regni Ludouici XV. Regis

Johannes Wick  
1717.






Arassburg, Diss., 1667

X 22842 98

WDM









B.I.G.

Farbkarte #13

*Pr. 59. n. 40.*

*1667 8.*

B. D.  
 FN AVGVRALIS  
 DE  
 VTIONE  
 ISSIONVM ET  
 ALEGATORVM IN  
 EBELLIANICAM  
 AD  
 O. LXXXVI. D. AD LEGEM  
 IDIAM.  
 VAM  
 CIO DIVINO  
 ECRETO  
 MPLISSIMI JCTORVM  
 STRI VNIVERSITATE  
 RATENSIVM  
 PRO  
 VRE HONORIBVS ET PRIVI-  
 VS RITE CONSEQVENDIS  
 LENNE EXHIBVIT  
 ECHTVS, ARGENT.

*Decemb.*



TORATI  
 WILHELMUS TIDEMAN  
 DC. LXVII.



*3 1/2*

